

leſtiae illaturus ſit iis locorum Praefidis, quorum intereſt vigili cura cavere, ne ea ſuboriantur ſcandala, quae retroactis temporibus anſam nonnullis praebuerit, ut contra ſacras Peregrinationes obloquerentur. Cumque Romam pervenerit, omni ſtudio curabimus; ut honeſtam & morigeram vitam ducat, opera injuncta rite perſiciat, Baſilicas adeat, varioſque Chriſtiane penitentiae adus exerceat. Enimvero teſtis eſt Deus quo ſtudio, quoque conatu in id incumbamus, ut peregrini omnes, qui ſuas repetent domos, ſanctae converſationis, quae Romae viget, exemplo edocti, in Fide ſtabiles in virtute ſervidi, atque in Apoſtolicæ Sedis obſequio confirmati perſequent. Quae Nobis, eadem & Praedeceſſori ac Conſeſſori noſtro Gregorio XIII. inſedit voluntas, cum Jubilaei Annum tunc temporis recurrentem celebraret, ut ex illius *Annalibus lib. 3. cap. 24.* comperimus, ut, adjuvante Domino, cui rem hanc univerſam humillimis precibus commendamus, peregrini in patriam regeſſi, ea cenſura digni non ſint, qua S. Hieronymus in *epiſt. 58. ad Paulinum tom. 1. Oppor-* editionem Veronenſi. pag. 318. nonnullos, qui ſacras Peregrinationes in ipſa Jeruſolymorum Urbe conſecraverat, ita fugillat: *Non Jeruſolymis fuiſſe, ſed Jeruſolymis bene viſiſſe, laudandum eſt.*

§. 28. Integro Anni Jubilaei tempore praesto erunt in Urbe Roma Penitentiarum, alique ad Confeſſiones excipiendaſ designati, qui opportunis facultatibus inſtructi, penitentes audiant, ac meritam abſolutionem & diſpenſationem concedant, cum iis, qui Romae degant, tum aliis qui aliunde confluunt, ut Spiritualis Sanctioris Anni divitias conſequantur. Hoc ipſo temporis intervallo non deerunt Divini Verbi praecones. Nos ipſi loquemur, loquentur & alii ad id muneriſ Nobis designati; ita tamen, ut Theologicae, controverſiae, quae ad puram putamque ſcholarum diſputationem pertinent, intactae relinquuntur. Illud vero Nobis, tum aliis, qui noſtro loquentur nomine, cura erit, ut clauſulae illius, quam Bullae noſtrae inferuimus: *Fidelibus vere penitentibus, & confeſſis Sacraque Communionis reſtaſſis*: vis ac ſignificatio probe intelligatur. Illud item re atque exemplis demonſtrabimus, quam ſutilis atque inanis ſit illorum ſententia, qui a Catholica Communionis extores, perperam aſſerunt, Indulgentiarum uſu penitentiam imminui, aut etiam e medio tolli. Patet, ne quis ſuſpicetur, aut Nos ipſos, aut eos qui noſtra auctoritate Conſiones habebunt, in rigidiore ſententia pronos eſſe, eamdem ſequemur methodum, quam celebris Pater Baſilidove Societatis Jeſu ſibi proponit, ac ſequitur in Sermone ſub initium Anni Jubilaei habito ac typis edito tom. 2. *Sermonum pag. 517. & ſeqq.* juxta alteram editionem Pariſiis proſula au. 1769. Quo tempore Bononiae moram traximus, & noſtras ſententiam ad populam Inſtructiones evulgavimus, quae primum in plures tomos diſſectae, mox Latine reddita, in unum volumen in folio compaetae ſunt, unam procedimus, quae tom. 3. *Italice* editionis eſt ordine duodecima, in Latino autem volumine occurrat *quinqueſima tertia*. Porro in hac Inſtructione, omiſſis Theologorum diſceptationibus, univerſum Dioceſis noſtrae populam monuimus, ac hortati ſumus, ut occasione Plenariae Indulgentiae, quam Praedeceſſor noſter Clemens XII. promulgarerit, injunctis operibus alia pietatis opera ſuperadderet, ac dignos penitentiae fructus faceret; auro illo Venerabilis Cardinalis Bellarmini documento ex tom. 2. *controverſarum in tractatu de Indulgentiis lib. 1. c. 12. §. Ad tertium*, illis propoſito: *Accipiant prudentes Chriſtiani Pontificias Indulgentias, ut ſimul etiam ſtudeant dignos penitentiae fructus facere, ac pro ſuis peccatis Domino ſatiſfacere, Sed & illud adjuceimus, quod Cardinalis Pallavicinus in *Hiſtoria Concilii Tridentini lib. 24. c. 12. num. 6.* adnotavit, falſam nimirum eſſe illorum ſententiam, qui tenentur, Chriſtianos, propter Indulgentiarum uſum, deſides fieri, atque a ſatiſfactione quae Deo criminum noſtrorum vindictae praſtanda eſt, avocari. Sane, cum homines dubii omnino ſint, an Indulgentiarum fructum re ipſa comparaverint, ſtimulus pluribus ſuperelſt, quo urgentur, ut novo ſalutarium operum ac laborum quaestu, in ſolidiorem ſpem*

Non de-  
gant Roma  
ſubſiſtaſſe ad  
penitentiam  
reconciliationem  
ad  
honorum  
exercitiis.

erigantur. Praeterquamquod, opera ad lucrandas Indulgentias ſtatuta, cum in praxim uſumque revocantur, pietatem adaugent, atque, ut quotidiano conſtat experimento, novum inducunt habitum, quo quis ſemel inſtructus, alia virtutis opera facilius exequitur. Equidem Bonificius VIII. Baſilicarum viſitationem, ab exteris quindecim vicibus, a Romanis vicibus triginta peragendam praerſcripſit, atque huic operi lucrum Indulgentiarum ſociavit. Non ideo tamen caetera pietatis opera ſilentio praerſitit, immo vero in ſua Extravaganti *Antiquorum, de penitentia, & remiſſionibus*, quae inter communes Extravagantes legitur, expreſſis verbis haec addidit: *Unusquisque tamen plus merebitur, & Indulgentiam efficacius conſequetur, quo Baſilicas ipſas amplius, & devotius frequentabit.* Haec autem iis aſſinia ſunt, quae & Nos ſupra inculcavimus, monentes, ut, praeter opera, quae praerſcripſimus, alia Chriſtifideles exercent pia opera, quae ſpiritus ac votis Eccleſiae conſona erunt. Nec aliud ſubſidiant ea veteris formulae verba, quibus Praedeceſſores noſtri uſi ſunt, & Nos item utimur, cum populo ſolemniſter benedicimus. Expleto quippe Benedictionis ritu Plenaria Indulgentia conceditur; ac praeterea humiles ad Deum funduntur preces, ut adſitanti populo medum *perſeverantiam in bonis operibus, ſed & cor ſemper penitens* tribuat, hoc eſt, ad nova penitentiae opera, quibus praeterita expiantur crimina, rite comparatum; quamvis aliunde bene ſperare liceat, praerſcriptorum criminum culpam penamque aeternam, in Penitentiae Sacramento fuiſſe dimiſſis; & temporalem, quae ſuperelſt, penam, ope Indulgentiae, quae pridem conceditur, fuiſſe dilutam.

§. 29. Apud vulgatum Anaſtaſium in Viris Praedeceſſorum noſtrorum Zachariae, & Paſchalis legimus, nonnullas prope Vaticanum Templum extructas fuiſſe hoſpitales domos, in quibus peregrini, qui ad Limina Apoſtolorum pervenerant, excipiebantur, & ricebantur. Ejuſmodi aedificia, ſive temporum, ſive hominum injuria, jamdudum everſa ſunt. Alia tamen, in variis Urbis locis poſita, inſignis Romanorum pietas excitavit, ad quae quovis tempore, poſſimum vero Sacro Jubilaei Anno, liber patet aditus peregrinis, qui ad Urbem hanc confluunt, ut Beatorum Apoſtolorum deoſculentur Limina, atque Indulgentiarum theſauros acquirant: quibus ea item, quae ſive corpori alendo, ſive animo piis operibus proborum Sacerdotum ope reſtitiendo neceſſaria ſunt, abunde ſuppeditantur. Haec ſunt, quae tibi duximus ſignificanda. Atque plena animi Noſtri benevolentia tibi, tuoque gregi univerſo Apoſtolicam Benedictionem elargimur.

Datum ex Arce Caſtri Gandulphii die 26. Junii 1749. Pontificatus Noſtri Anno IX.

Peregrinis  
etiam hoſpi-  
tium.

POENITENTIARIIS. XX.

In Baſilicis & Eccleſiis Urbis pro Anno Jubilaei deputatis, & Confeſſariis a Cardinali Urbis Vicario designandis, Facultates eodem Anno exercendae conceduntur adjectis opportunis Monitis, & Declarationibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CONVOCATIS per alias noſtras Apoſtolicas Litteras Univerſis Eccleſiae Filiis ad celebrandum Nobiſcum proxime recurrentis Anni Sancti ſolemnitatem; iſſique jam, ut conſiderimus, ad Supremae Paſtoris vocem, Sacerdotali praerſertim Fratrum Noſtrorum Episcoporum tuba inſclamante, excitatis; ad officium noſtrum pertinere iudicamus, non ſolum convenientes ex toto Chriſtiano Orbe Fideles aperto charitatis paternae ſinu excipere; ſed etiam omnia, quae conſuetudinem neceſſitatibus, ac utilitatibus opportuna fore proſpiciamus, in anteaſſum parata

Exordium.

parata atque diſpoſita habere; ut hominis illius Regis in Evangelicis Litteris laudatam proviſionem imitemur, qui, quum ad Cenam magnam vocaſſet multos, quoscumque ad uberem ſplendidiſſimae convivii apparatus ſpectarent, ita ſollicito curae non deſtitit, ut inſtante hora Cenae, mittere poterit invitatis dicere, *quia parata ſunt omnia*. Et Nos igitur pluribus per elapſos Meſes curis & ſollicitudinibus, quantum humanarum rerum conditio patitur, id efficiere ſtudiimus, ut omnibus, quicumque ad Sanctam Civitatem iter arripiant, nihil ſive ad Divinae Religionis cultum, ſive ad Chriſtiane pietatis exemplum, ſive ad itineris, hoſpitiiſque commoda deſſe poſſet: Et nunc, attendentes, quoniam poſſimum a ſuprema ligandi atque ſolvendi poteſtate Nobis cum Apoſtolicæ vicis Officio commiſſa, expetere poſſint plures, qui ad oblationem remiſſionis, & indulgentiae munus aſſequendum, cum vero penitentiae ſpiritu, & devotionis affectu accedentes, commiſſorum forſan delictorum oneribus gravati, aliſque conſcientiae vinculis adſtricti, & impediti reperiantur; haec etiam peculiari ſtudio a Nobis ordinata, & mature proviſa fuiſſe, omnibus, ad quos pertinet, ſpecialiter vero inſcriptis Sacramenti Penitentiae Miniſtris, praerſentium Litterarum tenore ab iis praerſertim diligenter obſervando, edicimus & declaramus: Nil magis operantes, quam ut omnes, quicumque animum peccatis agram, aut Cenſuris, impedimentive irretitum gerunt, procul abjecto formidatae difficultatis terrore, ad Eccleſiaſticae curationis fidenter remedia conſugiant, per quae copioſum Redemptionis fructum conſequentes; & ſanitati redantur & paci, & in filiorum Dei liberatam, conſtrictis impietatis compediſſus, vindicentur.

Novimus ſane Praedeceſſores noſtros Romanos Pontifices, in quorum tempora ſuperiores, noſtroque temporis propinquiores Jubilaei Univerſalis Anni incurſerunt, hunc mortem ſervaviſſe, ut per gremium praerſentium organum, per Cardinalem ſcilicet Majorem Penitentiarum, perque Cardinalem ipſorum in Urbe, ejuſque diſtrictu Vicarium in ſpiritualibus Generale, & idoneos Confeſſarios deputari, & eorum amplificari facultates providenter mandarent; ut nec ſacrorum Miniſtrorum copia per Urbem, nec his facultatum amplitudo deſſet, ad Penitentes, pro variis cujuſque cauſis, Deo reconciliandos, & culpa jam exſolutos, ad aſſequendam quoque pleniffimam poenarum indulgentiam diſponendos.

Ideoque Nos laudabilibus eorum veſtigiiſ inhaerentes, ſimulque cupientes graviffimam hanc Paſtoraliſ diſpenſationis partem, certa reſtaque ratione adminiſtrari, nec ullam, quoad ejuſ rei poterit, circa facultatum praerſertim limites, earumque uſum & exercitium, dubitationem aut errori locum relinqui; poſt maturam deliberationem ſuper his rite praerſhabitam, noſtro Motu proprio, certaſque ſcientia, rem totam ad eum, quem ſubſtituimus modum, ordinandam dirigendamque decrevimus.

I. INPRIMIS itaque Dilecto Filio Noſtro S. R. E. Cardinali Majori Penitentiarum pro praerſentibus committimus, ac demandamus, ut juxta id, quod jam pridem in noſtra Conſtitutione incipit. In *Apoſtolicæ Penitentiarum Officio*, Idibus Aprilis Anni MDCCXIV. Pontificatus Noſtri Anno Quarto edita, pro perpetuis futuris temporibus praerſcripſimus, praeter conſuetos trium Baſilicarum S. Joannis Lateranenſis, S. Petri in Vaticana, & S. Mariae Majoris Penitentiarum Minores, pro Baſilica etiam S. Pauli extra Muros praerſentis Anno Saucto ſimiles Penitentiarum designet; nec non, praeter extraordinarios Penitentiarum in diſta Baſilica Sancti Petri certis cujuſque anni diebus inſervientes, nunc autem per totum Annum Sauctum aliis inſuper diebus, ejuſdem Penitentiarum Majoris arbitrio praerſcribendis, inſervituros, a ſe jam electos, vel eligendos, alios inſuper, eodem Anno Saucto durante, tam in memoratis quatuor Baſilicis, quam in reliquis quoque ſive Saecularium, ſive Regularium, & nominatim quantum fieri poterit, in variis Nationum Urbis Eccleſiis, novos ſimiliter Penitentiarum deputet, & extra ordinem abunde multiplicet.

II. Deinde Dilecto itidem Filio Noſtro S. R. E. Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. III.

Item Cardini  
caſi Vicario  
Urbis pro  
Confeſſario-  
rum deputa-  
tione.

Cardinali, Noſtro in Urbe ejuſque Diſtrictu Vicario in ſpiritualibus Generali, commiſſimus pariter atque inſunximus, ut ex Confeſſariis tam Saecularibus, quam Regularibus, ab ſe alias ad audiendas Romae Confeſſiones approbatis, quamplures magno numero designare non omittat; immo etiam ſi ita ad concurrentium tam Romanorum, quam Exterorum utilitatem & commoditatem neceſſarium aut expediens fore judicaverit, omnes, a ſe, ut praerſentibus, approbatos, vel approbandos, designare in eum ſinem non dubitet, ut facultatibus illis, quae a Nobis inferuntur, earundem praerſentium tenore, Confeſſariis huiusmodi ab eo designandis tribuentur, ſtatim ſe a Nobismet ipſis inſtructos eſſe intelligant, eaſque exercere libere valeant, audiendiſque Confeſſionibus Fidelium quorumcumque, Jubilaeum huius Anni Sancti lucrari volentium, operam dare aggrediantur, & aſſiduam charitatis & zeli ſtudio pergant. Pro Confeſſariis autem Monialium, aliarumque Virginitum, ſeu Mulierum in perpetua Clauſura Romae viventium, ſicut etiam Oblatarum, aliarumque in Religioſis aut Piis Domibus, ſeu Conſervatoriis degentium, nec non Carceribus detentorum, & morbis impeditorum, quicumque opus erunt, quaeque Nobis in Domino expedire videbuntur, aliis noſtris peculiaribus Litteris ſtatuemus.

III. PORRO Penitentiarum ſive in quatuor praerſentibus Baſilicis, ſive in aliis Urbis Eccleſiis per Cardinalem Majorem Penitentiarum, ut praerſertur, deputatis, vel per Anni Sancti curſum deputandis, ſubſequentes facultates, pro hoc dumtaxat Anno Saucto duraturas, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine concedimus, & impertimur: videlicet.

IV. *Abſolvere poſſunt per ſe ipſos tantum, & in foro* *dumtaxat conſcientiae, quoscumque perſonas ſibi conſtitutione.* *Abſolvere poſſunt etiam Regulariter, cujuſcumque ſint Ordinis, Congregationis, & Inſtituti, etiam ex praerſcripto Superiorum, vel ſuarum Conſtitutionum, etiam a Sede Apoſtolica approbatarum; vel alias ex Indulto, Decreto, aut praerſcripto Apoſtolicum, extra propriam Religionem peccata ſua conſiteri prohibentur, a quibuscumque Sententiaſ Excommunicationis, aliſque Eccleſiaſticaſ Cenſuris, etiam Summo Pontifici, & Sedi Apoſtolicæ quomodolibet, etiam in Bulla Cane, reſervatis; & a Sacris Canonibus ſulminatſ, nec non ab omnibus peccatis, & exceſſibus quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis; injunctis tamen ſalutaribus penitentiaſ, & aliis de jure iſdem Penitentibus injungendis.*

V. *Abſolvere etiam poſſunt a ſupradictis Cenſuris in jure latſ, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, quovis publice in partibus ſive, quovis deducte, aut nominatim declarate, ac denunciatae in iſdem partibus ſint per Locorum Ordinarios, aut alios quoscumque Judices; praerſentibus tamen Penitentibus de Libello, ut infra, in his caſibus publicis omnino conſcientiam. Poſt abſolutionem nimirum conſcientiam Libellam ſupplicem, expreſſo nomine, cognomine, ac Diaceſi Penitentis, & caſu huiusmodi publice Cenſura ſubjecto; & ſubſus ſcribant teſtimonium abſolutionis ab eadem Cenſura conſeſſe; eundemque Penitentem dirigant ad Officium Penitentiarum Apoſtolicæ, ut recipere poſſint Breve in forma Miſſi, vel Remiſſi abſoluti, juxta praerſentem ejuſdem Officii Penitentiarum.*

VI. *A cenſura ab Homine, ſeu a quocumque Judge de partibus, nominatim lata, abſolvere vaſant ad eſſeſſum dumtaxat Indulgentias praerſentis Jubilaei conſequenti; itaut, ſemel ac conſecuti Jubilaeum fuerint, eadem, qua antea, Cenſura adſtricti remaneant, ac teneantur parere Judge ſententiae, & abſolutionem ab eodem petere, perinde ac ſi nunquam abſoluti fuiſſent. Atque hic Penitentibus nullum detur teſtimonium abſolutionis, neque Confeſſionis.*

VII. *Abſolvere inſuper vaſant, pro foro conſcientiae tantum, a Cenſuris propter hereſim formalem externam incurſis, dummodo tamen Penitentem neminem habeat hereſis complicem; previa coram ipſo Confeſſario abjuratone ſecreta; atque etiam pro caſu, quo Penitentem habeat quidem hereſis complicem, vel complicem, ſed huiusmodi complex, ſeu complicem, in Regionibus, ubi hereſis impune graſſatur, exiſtant, & degant.*

K

VIII



VIII. Omnia, & singula simplicia Vota, etiam Sedi Apostolica reservata, etiam jurata, commutare dispensando in alia pia opera.

IX. Potum tamen perpetua Castitatis, non nisi Mulieribus ita commutare possunt, ab periculo incontinentie, vel ob timorem pudicitie, & quidem tantummodo ad effectum nubendi; easdem monendo, facturas contra idem Potum, si extra usum Matrimoniale delinquant; remanentibus eodem profus, ac antea, voto Castitatis obstrictas, si Marito supervixerint.

X. Potum autem Religionis ipsam tantum Mulieribus commutare dispensando possunt ad effectum nubendi, si alterutra supradicta causa intercesserit; ad effectum vero vitam tantum calibem in seculo ducendi, si vel dote sufficiens ad ingrediendum Religionem careant, vel Religionis onera sustinere posse rationabiliter diffident.

XI. Habeant etiam pre oculis, quoad Vota, infra scriptum Monitum, quod inter alia pro ipsis Penitentiaris non subijcienda, positum est. n. XXXII.

XII. Dispensare possunt super irregularitate, ob violationem Censurarum duntaxat contracta, & occulta remanentis, cum Sacerdotibus, aut in sacris constitutis, tam Sacerdotibus, quam Regularibus.

XIII. Cum illis, qui sciunt, vel ignoranter cum impedimento Secundi & Tertii, vel Tertii solius, aut Tertii & Quarti, vel solius Quarti gradus Consanguinitatis, vel Affinitatis, etiam ex copula licita provenientis, Matrimonium jam contraxerunt, dummodo hujusmodi impedimentum occultum remaneat, dispensare pro foro tantum conscientie possunt, ad remanendum in Matrimonio.

XIV. Cum illis, qui a Dataria Apostolica dispensationem obtulerint super aliquo impedimento publico, quod tamen non sit primus & Secundus, vel Secundus tantum gradus Consanguinitatis, vel Affinitatis ex copula licita provenientis, & pro eorum copula inter eos secutam in eadem Dataria tacerunt (dummodo nullitas predicta dispensationis ex hujusmodi reticentia proveniens occulta sit) dispensare pro foro tantum conscientie valent, tam ad remanendum in Matrimonio contracto, quam ad illud contrahendum, si nondum sit contractum.

XV. Dispensare item pro foro tantum conscientie valent super impedimento dirimente occulto tam Primi & Secundi, quam Primi tantum, aut Secundi tantum gradus Affinitatis, ex copula illicita provenientis, tam in Matrimonio contracto, quam in contrahendo.

XVI. Dispensare similiter pro eodem foro, tam de contracto, quam de contrahendo, possunt super occulto impedimento criminis, neutro tamen machinante; idest quando solum concurrant adulterium, & fides data de Matrimonio contrahendo post Conjugii mortem.

XVII. In predictis Matrimonialium Dispensationum casibus possunt etiam, quoadcumque opus fuerit, pro foro conscientie, legitimare prelam, non tamen ex adulterio susceptum.

XVIII. Dispensare ad potendum debitum possunt in casu Affinitatis incestuosa Matrimonio supervenientis.

XIX. Ad potendum pariter debitum, cum illis, qui voto simplicis Castitatis obstricti, Matrimonium contraxerunt, dispensare valent; illas monendo, facturos contra id Potum, si extra usum Matrimoniale delinquant, ac remanentibus eodem profus, ac antea, voto obstrictos, si Conjugii supervixerint.

XX. Super Visitatione quatuor Basilicarum, cum Exteris, qui vel ob paupertatem, vel ob aliam urgentem causam, in Urbe remanere non possunt, dispensare valent, vel reducendo ad tres saltem dies Visitationes eandem quatuor Basilicarum, alioquin per quindecim dies ab ipsa visitandam; vel Visitationes prescriptas in alia pia opera, ad ipsorum Penitentiariorum prudentem arbitrium, commutando.

XXI. Cum Civibus autem, & Incolis Romanis, qui verbo, vel aliquo legitimo impedimento detenti, non valent presatas Basilicas visitare, possunt prescriptas ipsam per triginta dies Visitationes in alia pia opera, que illorum possibilitati proportionata esse viderint, dispensando commutare; suam tamen conscientiam operaturi, si super hujusmodi Visitationibus inconsulto, & sine justa & rationabili causa, sive cum Exteris, sive cum Romanis Civibus, aut incolis dispensaverint.

XXII. QUA VERO magnopere interest concessis

facultatibus prudenter, & circumspicere uti, ne minus caute illas exercendo, tum iusto disciplinae vigori, tum ipsarum Animarum vero bono detrimentum afferri contingat; Ideo post facultates, a Nobis pro hoc Anno Sancto memoratis Penitentiaris concessas, congruum & opportunum ducimus nonnulla Monita pro recto earundem facultatum usu subjungere; que quidem tam ab ipsis omnibus, & singulis, quam etiam reliquis Confessariis, ut supra, designandis, attente legi & considerari jubemus, ac pro norma, & regula haberi, cui se in suis quisque facultatis exercitio, prout casus propofcerit, exacte conforment.

XXIII. Primo itaque meminerint, nulli penitus Confessario dari in presenti Jubilaeo, aut in quovis alio, facultatem absolventi complice in quolibet inhonesto contra sextum preceptum peccato; atque omnem Confessarium, respectu hujusmodi complice, esse omnium jurisdictione, tum approbatione destitutum, & proinde intelligibilem, cuiuscumque Jubilaei, sive Indulti beneficio, ad normam Constitutionis Nostrae incipit. Sacramentum Penitentiae, Anno Incarnationis Dominicae MDCCXXI. Kalendis Junii, Pontificatus Nostris Anno Primo editae.

XXIV. Intelligent, hujusmodi facultatibus peculiaribus a Nobis, ut supra, pro hoc Anno Sancto sibi concessis uti se non posse, nisi cum iis Penitentibus, qui praesens ejusdem Anni Sancti Jubilaeum consequi sincere & serio volunt, atque ex hoc animo ipsum lucrandi, & reliqua opera ad id lucrandum necessaria adimplendi, ad Confessionem apud ipsos peragendam accedunt; neque item posse uti cum iis Penitentibus, qui hujus Anni Sancti Jubilaeum semel jam lucrari fuissent, prout inferius explicabitur n. LII.

XXV. Advertant insuper, supradictas absolutiones, commutationes, dispensationes, non posse a se exerceri extra actum Sacramentalis Confessionis, neque extra suam cuiusque Basilicam, vel Ecclesiam, nisi in casibus alias sibi a Majori Penitentiariorum permissis, vel permittendis; vel in casu administrandi Penitentiae Sacramentum alicui Infirmo, qui quae corporalis aegritudinis causa ad Basilicam ipsam respective designatas accedere personaliter nequeat, eorum aliquem accessum duxerit, ut Confessionem Sacramentalem pro Jubilaei consecratione, ut praefertur, apud ipsum expleat.

XXVI. Non praetermittant suam vicque Penitentiam salutarem penitentiam imponere in Sacramento, ne praetextu quidem Jubilaei pereundem Penitentem consequendi.

XXVII. Ab occultis Censuris ob partem laesam incurris non prius absolvant, quam parti laesae Penitentis satisfecerit; vel si prius penitens nequeat, non eum absolvant, nisi jure se satisfacturum, cum primum poterit. In publicis autem, huic satisfactioni consulere iuxta praxim Penitentiarum Apostolicae, ad quam dirigendus erit Penitens cum Libello, de quo supra n. V.

XXVIII. Violantibus Clausuram Monialium ad malum finem, in casibus etiam occultis, imponant prohibitionem accedendi in posterum ad quavis Monasteria, & Ecclesias Monialium; monendo Penitentes hujusmodi, ita ipsos absolvi a Censuris ob relatum violationem incurris, ut si impositam illam prohibitionem non servaverint, relabatur eo ipso in eandem Censuras.

XXIX. Religiosos vero suam violantes Clausuram per Mulierum introductionem ad malum finem, ita a Censuris propterea incurris absolvant, ut super inhabilitate ulterius per hoc contracta ad Dignitates, & Officia sui Ordinis consequenda, nullatenus cum iisdem dispense.

XXX. A lectione Librorum prohibitorum, praesertim in Bulla Cenae contentorum, non ante absolvant, quam Penitens Libros, quos in sua potestate habet, Inquisitori, vel Ordinario, secreta traderit, vel se, quam primum poterit, traditurum promiserit, si tradere ante absolutionem nequeat.

XXXI. In absolvendis Regularibus a suo Ordine Apostatis, vel Fugitivis, servent modum in sua Tabella praescriptum.

XXXII. Denique, quoad Vota, noverint sibi abstinentium ab eorum commutatione, in quibus agitur de praedictio tertii. Quare in eo, quod pertinet ad

Facultates  
limitationes  
indicantur.

Leges in ea-  
rum usu fer-  
venda sta-  
tuantur.

Limitatio  
quod Vota

ad Vota, quamvis simplicia, seu perseverantia, seu alia, emitti solita in aliqua Congregatione, vel Communitate, & in vota obligatoria a tertio acceptata, non se ingerant. Nec admodum dissimiliter se gerant circa Vota poenalia, seu praesortiva a peccato, ne detur anxia peccandi liberius; nisi forte circumstantiae adfint, quae aliquam commutationem suadeant, & commutatio futura iudicetur ejusmodi, ut non minus a peccato committendo refrenet, quam prior Voti materia.

XXXIII. Ceterum alias facultates praedictis trium Basilicarum Penitentiaris Minoribus pridem concessas, aut forsitan concedendas per dictum Majorem Penitentiarium, in viam generalium facultatum, quas Nos eidem per alias Nostras praedictis die & anno expeditas Litteras incipientes: *Passor bonus*; communicavimus, & perpetuo competere statuimus, salvas & firmas hoc ipso Jubilaei Anno esse & fore, atque ab iis, hoc etiam Anno darante, non fecas ac alio quovis tempore, erga omnes exerceri, iuxta ejusdem concessionis tenorem libere & licite posse, decernimus, & declaramus.

XXXIV. Easdem vero facultates, tam in memoratis, quarum initium est: *Passor bonus*; quam in praesentibus Nostris Litteris expressas, atque contentas, praedicto Majori Penitentiariorum, & Apostolice Penitentiariorum Officio, earundem praesentium tenore etiam confirmamus, & respective, quatenus opus sit, pro eodem Anno Sancto concedimus & impertimur; ad hoc ut ipse Major Penitentiariorum iis omnibus & singulis, tam per se ipsum, quam per alios quoscumque a se eligendos Confessarios in Urbe uti licite valeat. Si quos autem casus ad ipsum Penitentiariorum Officium, vel ad aliquem ex dictis Penitentiaris, seu Confessariis, deferri contingat, qui nec sub praedictarum Litterarum, nec sub praesentium dispositione comprehensi, vel etiam in iisdem prohibiti dignoscantur; onus erit praefati Majoris Penitentiariorum, ad quem Penitentiariorum Minorum & Confessarii praefati recursum habebunt, Apostolatum Nostrum super illis consulere; Nos enim eidem praescribere non omittimus, quatenus opportuna fore in Domino iudicabimus, ut Animarum vulneribus sanandis idonea remedia aptentur.

XXXV. CONFESSARIIS autem a praedicto Cardinali Vicario Nostrum, ut praefertur, in Urbe designandis, infra scriptas facultates, quibus hujusmodi designationis vigore, ipsius Anni Sancti decursu, fruantur, per eandem praesentes ducimus tribuendas, videlicet.

XXXVI. Absolvere possunt per se ipsos tantum, & in foro duntaxat conscientie, personas sibi consentientes, a quibuscumque Ecclesiasticis Censuris, etiam Summo Pontifici, & Sedi Apostolicae, etiam in Bulla Caene reservatis, & a Sacris Canonibus fulminatis, dummodo tamen hujusmodi Censurae non sint publicae, nec non ab omnibus peccatis, & excessibus, quatenuscumque graevibus, & enormibus, etiam Sedi Apostolicae reservatis; injunctis tamen salutaribus penitentis, & aliis de jure iisdem Penitentibus injungendis.

XXXVII. Omnia & singula simplicia Vota etiam jurata, etiam Sedi Apostolica reservata, exceptis Castitatis, religionis, aliisque superioribus n. XXXII. memoratis Votis, commutare in alia pia opera valent.

XXXVIII. Quibus tamen facultatibus, tam absolventi, quam Vota commutandi, uti non poterunt nisi cum iis Penitentibus, qui praesens Anni Sancti Jubilaeum consequi sperent, & serio volunt, atque ex hoc animo ipsum lucrandi, & reliqua ad id lucrandum necessaria opera adimplendi, ad Confessionem apud ipsos peragendam accedunt. Neque item uti poterunt cum iis Penitentibus, qui hujus Anni Sancti Jubilaeum semel jam lucrari fuissent, prout inferius explicabitur n. LII.

XXXIX. Dispensare possunt circa Visitationes prescriptas quatuor Basilicarum, easque commutare, eodem omnino modo, ac conceditur Penitentiaris in duobus praesentibus numeris, que pertinent ad facultatem circa Dispensationes superiores positam. Praeter hanc autem facultatem dispensandi circa dictas Visitationes, scient nullam aliam dispensandi cum quocumque facultatem sibi concedi.

XL. Postremo praecipimus Confessariis praefatis, attente legere & considerare monita superius post facta Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. III.

De aliis Penitentiariorum facultatibus.

Facultates pro Confessariis a Card. Vicario designandis.

Circa absolventes.

Circa Vota.

Circa Dispensationes.

cultates Penitentiaris impertitas adjuncta, ejusque in exercitio suarum respective facultatum exade se conformare.

XLI. PRAETEREA Regularium quoque communitati uberius consulere, simulque augendo numeros Confessariarum pro Jubilaei consecratione proficere volentes; praemissas nuper facultates, quas Confessariis hujusmodi a Cardinali Vicario designandis hoc Anno competere statuimus, eisdem omnibus & singulis pari profus modo, pro eodem Anno, tribuimus, & concedimus omnibus Confessariis illis Regularibus, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & instituti, quicumque alias ejusdem Card. Vicarii seu ipsius Vicegerentis approbationem ad audiendas Confessiones habeant, & insuper per suos respective Regulares Praelatos, seu Superiores, ad excipiendas Juorum Religiosorum Confessiones deputati fuerint; ad hoc scilicet, ut iisdem Confessariis facultates hujusmodi erga solos proprii respective Ordinis Penitentes Religiosos hoc Jubilaeum lucrari volentes, exercere in suis quique Cenobis seu Domibus, libere & licite valeant; quibus etiam Regularibus Confessariis, facultatem dispensandi cum iisdem Religiosis Penitentibus in Sacris Ordinibus constitutis super Irregularitate forsitan ob Censurarum violationem contracta, dummodo occulta sit, earundem tenore praesentium, ac dicto Anno, dictaque occasione duntaxat, concedimus & impertimur.

XLII. DENIQUE communitati tam Confessariarum, quam Penitentiarum utilitati, ac spirituali solatio proinde intendentes, ac memores quoniam, atque dubiorum, que occasione universalis Jubilaei hujusmodi excitari solent, non nullas hic etiam declarationes, seu magis apertas voluntatis nostrae significationes super hoc a Nobis indico praesentis Anni Sancti Jubilaei subnectere oportuum duximus; quibus inspectis, ac diligenter, ut par est, animadversis, praeterquam hujusmodi dubia anteverti posse, aut facile solutum iri non dubitavimus. Ee autem sunt, que sequuntur.

XLIII. Personis Romam ad hoc Jubilaeum consequendum venire volentibus, non intelligitur data veniendi libertas, sive licentia, sine obtento alia necessario suorum respective Superiorum consensu.

XLIV. Romanorum appellatione, quoad Visitationes quatuor Basilicarum per triginta dies peragendas, comprehenduntur omnes & singuli nati atque habitantes Romae, sicut etiam nati atque habitantes in Suburbano Vinearum tractu, intra quintum ab Urbe lapidem. Incoliarum autem nomine, ad eundem effectum, intelliguntur omnes illi, qui certum aliquod Officium in Urbe obtinent, seu cum spe illud obtinendi moram libidem trahunt, ideoque in ipsa quasi domicilio acquirunt; omnesque illi, qui ad eandem Urbem, vel ad aliquem suburbanum locum intra quintum lapidem, ut supra, se contulerint alia quacumque de causa, quam praesentis Jubilaei lucrandi; vel si ipsius lucrandi causam ad Urbem accesserint, eo tamen animo furti, ut per majorem Anni partem, seu ultra sex menses ibi commorentur. Reliqui omnes, Peregrinorum, aut Externorum nomine, quoad Visitationes earumdem Basilicarum per quindecim dies, se comprehensos intelligant.

XLV. Confessionem & Communionem pro hoc Jubilaeo consequendo injunctas, non necesse est visitationibus quatuor Basilicarum premittere. Satis erit vel in hujusmodi visitationum decursu, vel etiam post eandem visitationes expletas, Confessionis, & Communionis Sacramenta suscipere.

XLVI. Cum Confessio Sacramentalis in hoc Jubilaeo sit opus injunctum, peragenda eadem erit etiam ab eo, qui solis peccatis ventralibus teneatur, si hoc lucrari Jubilaeum velit.

XLVII. Si quis post Confessionem peractam, in lethale peccatum (quod Deus avertat) incidit, antequam omnia omnino opera pro Jubilaeo hoc lucrando injuncta expleverit, Confessionem denuo premittere debet, priusquam ultimum saltem ex aliis injunctis operibus expleat, ut Indulgentiam hoc Jubilaeo consequatur.

XLVIII. Quamvis injuncta pro hoc Jubilaeo Communitio sit; pueri tamen, qui nondum ad primam Communionem admitti fuissent, neque intra hanc

Facultates  
speciales pro  
Confessariis  
Regularibus  
Confessariis  
erga suos  
Religiosos.

Declaratio-  
nes circa  
praefatas In-  
junctas.

Quoad Penitentias.

Quoad operum  
injuncta.

Monita pro  
recto praeco-  
dendum su-  
dentium usum.



ANNO JUBILAEI

Annus Sanctum, Parochi proprii, vel Confessorii iudicio, admittendi videantur, ceteri possunt ab isto in-

XLIX. Ad inunctam Basilicaram visitationem per-

L. Si quod superveniat Indultum, quo prescri-

LI. Inunctae pie preces in singularum Visitatio-

Quoad irra-

LII. Qui hoc Anno Sancto bis, aut plures omnia

Quoad favo-

LIII. Preter Penitentiariorum, ut supra, deputatos,

LIV. Absolutio a Censuris (praeter quam datae ad

Quoad fa-

LV. Suspendio facultatum absolventi, dispensandi

per hunc quoque annum in ipsa Urbe, juxta tenorem

LVI. Extra Urbem vero, servanda omnino erit

LVII. IAM VERO adventante convivi hora, qua

Adhortatio.

Sacros autem Christi Ministros, ejusque Sacramento-

Clausula.

Ceterum praesentes Litteras, omnesque, & singu-

Nul-

ANNO JUBILAEI

gesimo nono, septimo Kalendas Decembris Pontifica-

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datavius.

VISA DE CURIA

J. C. Boschi.

J. B. Eugentius.

Loco + Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Public. die 6. Decembris ejusdem Anni

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno In-

XXI.

DE QUESTIONIBUS

Et controversis olim excitatis circa opera inuncta pro

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Filii Salutem, & Apostolicam

De variis

INTER praeteritis, ac praesentes labores nostros in

DELLE DISPUTE

E controversie altre volte promosse circa le opere in-

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Filii, Salutem, & Apostolicam

XXI.

PER la fatiche, che abbiamo fatte, e che andiamo

Delle varie